

Johann Bacmeister


Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor, Ad Exequias funebres, quas ... Dn. M. Andreae Dunckero, Pastori ad D. Petrum fidelissimo ... Moestißima vidua & liberi paratas cupiunt hora media prima in lemplo D. Petri, Omnes omnium ordinum Cives Academicos, officiose & peramanter invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn817475192>

Druck Freier  Zugang





Vol. 241. (2.) <SON>

23 143

RECTOR
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doct. ac Professor,

Ad
Exequias funebres,

quas
Reverendo & Doctissimo Viro,

DN. M. ANDREA
DUNCKERO, Pastori ad D. Pe-
trum fidelissimo, & Reverendi Ministerij
Seniori venerando ac meritissimo,

Mæstissima vidua & liberi paratas cupiunt
hora media prima in templo D. Petri,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos, officiosè & peramanter
invitat.



ROSTOCHI

Literis Joachimi Pedani, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXIX.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. D. ac Professor.



Umnus ille rerum omnium
moderator & arbiter Deus
opt. max. cum hominibus,
in mundi hujus theatro cō-
stitutis, non uno eodemq; a-
git modo. Quosdam enim
in ipso vitæ exordio, ubi
mortalem hanc lucem vix primo intuitu aspe-
xerunt; quosdam in pueritia, quosdam in ado-
scentia & ipso ætatis flore, quosdam in medio
cursu, quosdam in decrepita demum senectæ,
rebus humanis eximit. Etsi autem, si vitæ hu-
jus miseras, & præsentium temporum calami-
tosissimum & afflictissimum statum, quæ nos u-
tero materno egredientes excipiunt, & ad se-
pulchrum usq; comitantur, accurata confide-
ratione pensitemus, melius cum illis actum vi-
deri possit, qui in tenera vel saltem juvenili æ-
tate,

144
tate, corporeis hisce vinculis exoluti, ad æternæ beatitudinis gaudia evocantur, antequam rot peccatorum & iniquitatum sordibus inquinentur, & rot periculorum & calamitatum foribus affligantur; nullum tamen ex hac mortalitate emigrandi, tempus alienum aut intemptivum censere, sed sive spe nostra citius sive serius mors nos occupet, in divinæ voluntatis beneplacito, patienter acquiescere debemus. Ut enim boni militis est ad jussu Imperatoris sui, alacri animo, non ad horas aliquot, sed per multam imò per integram sæpè noctem, stare in excubiis, & omnes vigiliarum molestias ac cæli & tempestatum injurias, impigrè & fortiter ferre; ita etiam nos decet, ad summi illius Imperatoris nostri, nutum paratos esse, neq; de præsidio ac statione hujus vitæ ante velle discedere, quàm ipsi missionem nobis concedere clementer placuerit, Equidem ad extremam senectutem vivere, miserum esse nonnulli autumant.

Προς γὰρ τὸ ἦθος ὡς αἰεὶ ἐρασιθεῖα
ἀπαντὰ τὰ ἀνθρώπινα προσφορὰ κενά.

tit verus Poeta inquit. Verum viri sapientes & pij rem rectiori judicio aliter æstimant, & longævitati non ultimum inter divinas benedictiones locum meritò tribuunt, qua de re & in divinis oraculis, non pauca & insignia extant

A 2

testi-

testimonis, & ipse Jehovali apud Psalterem Re-
gium promittit se repleturum longitudine die-
rum illos, qui nomen ipsius timent, ut filios fi-
liorum videre queant. Hujus divinæ benedi-
ctionis exemplum hodierno die nobis proponi-
tur in viro Reverendo & Doctissimo, Dn. M.
ANDREA DUNCKERO, Pastore in templo
D. Petro dicato, & Reverendi Ministerij apud
nos Seniore meritissimo, Natus enim ille est
Sternbergæ, oppido hujus ducatus perquam ce-
lebri, tum propter memoriam nefandi illius
sceleris, à Judæis ibidem commissi ante 138. an-
nos, qui hostias binas consecratas, à pauperulo
quodam sacerdote nacti, eas indignissime tra-
clarunt, & in mensa expositas subulis atq; acu-
bus contumeliosissime, singuli singulis ictibus
confoderunt & vulnerarunt: ita ut roseus san-
guis ex iisdem stillatim promanarit; Deo nimi-
rum ter opt. max. manifestissimo miraculo; im-
manitatem tanti sceleris contestante, & myste-
rium Christianæ religionis, à Judæorum Con-
tumelias vindicante: quemadmodum historia
hæc prolixè describitur à Petro Lindenbergio
in Chron. Rostochiensis lib. 3. cap. 14: tum pro-
pter dicasterium provinciale, quod ibidem per
aliquot annos floruit: à parentibus honestissi-
mis, patre ejus oppidi cive primario

ANDREA
DUNCKERO


145


DUNCERO, matre verò fœmina religio fiffimali,
omnibusq; virtutibus sexum fœmineum deco-
rantibus ornatiffima, CATHARINA **Butendices**/
Anno fuperioris feculi 1553; unà cum fratre Dn.
NICOLAO, qui Senatoriam dignitatem, hic apud
nos Roftochij fingulari cum laude gefit, & ante
15. annos, fratrem jam piè defunctum in cœleftõ
patriam præceffit. Ab his parentibus à prima
pueritia in vera pietate, & honeftate educatus
èft, & cum ingenium in eo fingulare deprehon-
derent, eum ftudiis deftinarunt. In fchola itaq;
patria prima litterarum rudimenta percepit;
inde in Guftroviendifi, & Lubecenfi fcholis, ali-
quot annis doctiffimorum præceptorum infti-
tutione, utpotè OMICHIJ, & HJOBI Magdeburgij,
ufus, tantos in vera pietate & bonis litteris fe-
cerat progreflus; ut commodè ad hanc noftram
Academiam transfire poffet, in qua doctiffimos
rum tẽporis Profeffores D. DAVIDEM GHYTRÆUM,
SIMONEM PAULI & alios, diligentiffimè & magna
attentione, non fine fructu, docentes, continuis
aliquot annis, audivit tantumq; profecit, ut Ec-
clefiæ Dei cum laude præfici poffet. Undè fa-
ctum, ut cum Illuftriffima & Celfiffima Prin-
ceps ac Domina, Dn. ANNA SOPHIA, ex Sereniffi-
mo Marchionum Brandeburgenfium ftenima-
te prognata, Duciffa Megapolitana &c. Illu-
A 3 ftrif-


strisſimi Principis Dn. JOANNIS ALBERTI, relicta
vidua, feliciffimæ recordationis, concionatore,
aulico deſtitueretur, deſunctus hic noſter, à
præceptoribus ſuis commendatus, ad mini-
ſterium Eccleſiaſticum & locum ibidem va-
cantem Lupzam vocaretur, ubi per trien-
nium cum dimidio, ſingulari fide & diligentia
officio ſuo functus eſt. Indè poſtea Gnojam, Il-
luſtriſſima Principe deſuncta, legitimè accerſi-
tus, conceſſit, undè poſt novennio peracto, huc
Roſtochium, unanimi ampliffimi Senatus &
parochialium conſenſu electus, venit, & in æde
Petrina primum diaconatus ſex annis præfuit,
poſtea ad Paſtoratum evectus, eum jam per an-
nos 32. ſuſtinuit. In quo quanto pietatis zelo vi-
xerit, auditoribusq; ſuis vitæ innocentia, mode-
ſtia, temperantia aliisq; virtutibus præluxerit,
cum omnibus notum ſit, melius eſt nihil, quam
pauca dicere. Ea autem fuere venerandi ſenis,
in docendo dona eximia, uti ex ſcriptis nonnul-
lis ab ipſo editis apparet, ut fama de ipſo ad exte-
ros perlata, tres, eademq; honeſtiſſimæ condi-
tiones à Lubecenſibus, Hamburgeniſibus, Par-
chimeniſibus, ipſi offerrentur; quas tamen ho-
neſtè recuſare, quam oviculas ſuæ curæ cõmiſ-
ſas, deſerere maluit, præſertim cum ingraveſcē-
te ætate vires propter valetudinem qua uteba-
tur


146
tur infirmiore, in tenello corpusculo, paulatim
decrefcere animadverteret, & sic in ftatione fua
conftanter ufq; ad extremum fpiritum permā-
fit; è qua tandem 27. hujus menfis inter 2. & 3.
pomeridianam, in vera & ardente invocatione
Dei & fiducia Jefu Chrifti, à fupremo Imperato-
re fuo evocatus, & in militiam cœleftem trans-
latus eft anno ætatis 76. ministerij verò quin-
quagesimo primo, ubi, ex multis calamitatibus
& afflictionibus liberatus, Dei confpectu frui-
tur, in beatorum cœtu verfatur, eâq; felicitatē
& beatitudinem eft confecutus quam nec ocu-
lus vidit, nec auris audivit, nec cujufquam cor
deguftare, unquam in vita hac imbecilli & mi-
fera portuit. Conjugium ipfius quod attinet, eo
ipfo quo ad ministerium vocatus fuit anno, nē-
pe 1579. matrimoniali fœdere fibi junxit omni-
bus fœmineum fexum decorantibus virtutibus
confpiciam virginem CATHARINAM **Vicen-**
nunc viduam mœftiffimam, qua cum per inte-
gros 50. annos, in concordia & tranquillo vixit
conjugio, ac ex eo 10. fufcepit liberos, octo filios,
ANDREAM I. JOACHIMUM, JOANNEM, ANDREAM II.
qui jam Ecclefie Mestelinenfis in præfectura
Dobbertinenfi Pastor erat defignatus, fed ftatim
post ordinationem, immundo huic mundo va-
ledixit, MATTHIAM, NICOLAUM, HENRICUM, CHRI-
STIA-

STIANUM, & duas filias CATHARINAM & MARGARETAM,
ex quibus duo adhuc filij, & unica filia MARGARETA per
Dei gratiam supersunt; & ex majori natu filio JOACHIMO,
ejusq; conjugē ANNA Wendes/civis quondam apud nos
honoratissimi JOANNIS Wendes/filia, ex singulari Dei
benedictione nepotem & neptem nactus est, quos in se-
nectute sua unice amavit, & complexus est. Optamus
merito viduæ mœstissimæ & liberis superstibus, ut tri-
stissimum hunc carissimi mariti, & parentis obitum,
quemadmodum Christianos decet patienter ferant seq;
hoc dicto Ambrosiano consoletur; Non amitti, sed præ-
mitti, quos non absumptura mors, sed aternitas rece-
ptura est. Cum autem exuviæ venerandi hujus senis
& antistitis, in dormitorium suum hodiè hora media,
prima reponendæ sint, æquum est, ut Ecclesiæ quod fido
pastore, viduæ mœstissimæ quod marito suavissimo, li-
beris quod parente desideratissimo orbatu sunt, condo-
leamus. Cumq; sympathiam nostram rectius testatam,
facere nequeamus, quàm ut funus piè defuncti præsen-
tia nostra cohonestemus, omnes & singulos Academia
Jurisdictionem agnoscentes, Dominos Professores, Do-
ctores, verbi divini ministros, & studiosam juventutem,
ut ultimum hoc officium defuncto præsent, dictaq; hora
media prima in templo D. Petro sacro, frequentes con-
veniant, & mortalitatis suæ memores, se Academiam,
& Rempublicam civilem, tristissimis hisce temporibus
piis precibus sedulo commendent, officiosè & amanter
rogamus, & serio etiam hortamur. P. P. sub sigillo
Rectoratus nostri, 1. Maij Anno c1a 1a CXXIX.









Principis Dn. JOANNIS ALBERTI, relicta
icilsimæ recordationis, concionatore,
stitueretur, defunctus hic noster, à
oribus suis commendatus, ad mini-
Ecclesiasticum & locum ibidem ya-
Lupzam vocaretur, ubi per trien-
m dimidio, singulis fide & diligentia
o functus est. In Gnojam, Il-
na Principe d... me accerfi-
elsit, unde... sto, huc
ium, u... rus &
lium... de
orin...
ae-
erit,
is, quam
andi lenis,
pris nonnul-
o editis app... de ipso ad exte-
ta, tres, ead... estissimæ condi-
Lubecensibus, ... burgensibus, Par-
sibus, ipsi offerrentur; quas tamen ho-
cufare, quam oviculas suæ curæ comif-
ere maluit, præsertim cum in gravescē-
vires propter valetudinem qua uteba-
tur

